

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Miseria o  
cum uariis

Formatus est homo de puluere, de luto, de cinere, quodque uilius est de spurtilissimo spermate; conceptus in pruritu carnis, in feruore libidinis, in fetore luxurie, quodque deterius est in labe peccati; natus ad laborem, timorem, dolorem, quodque miserius est ad mortem. Agit praua quibus offendit Deum, offendit proximum, offendit se ipsum. Agit turpia quibus polluit famam, polluit personam, polluit conscienciam. Agit uana quibus negligit seria, negligit utilia, negligit necessaria. Fit cibus ignis qui semper ardet et urit inextinguibilis; esca uermis qui semper rodit et comedit immortalis; massa putredinis que semper fetet et sordet horribilis.

Idem ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Miseria o] Miseria p P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; labe] laude M; negligit seria *om.* L<sup>2</sup>; fit] sicut B, sic M; immortalis] immoralis C M; idem *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>